3

Eruditorii cõfessorum Fratris Hieronymi Sauonarole Ferrariensis ordinis predicatorum.

Venundãtur ab Joanne paruo Henrico Jacobi et Ascensio.

¶ Iodocus guido Maligno pape studiose iuuētutis dydascalo Felicitatē.

HEsitanti mihi vir litteratissime ac pensi quodāmodo ducenti: quonā beneficio te mei amantissimum demererer: q̄ primū in mentē venit: quoddam nescio opusculū deligere qd̄ tuo ꝯsecraret nomini: quodq̄ et tēpori isto tam sacrosācto. et tibi cūprimis obprouintiā cui addictus ꝓ salute hoīm excubāti ꝯgrueret: Bonis itaq̄ auspicijs. in manus nostras icidit Hieronymi ꝓ cōfessorib⁹ Isagoge: de sacris meher cule benemeriti litteris: quippe q̄ ita ex imis sacre pagine iurisq̄ pontificij penetralibus exerta conpendioso orōnis ambitu veluti epithomatibus est cōplexus: vt in eo nihil redundet nihilq̄ superuacaneum sit: ita ceterum innūeris viciorū distētis sordibus perinde ac languidis medetur: vt Esculapium quēpiam alium (vt fabulātur poete) e celo missum crederes. Et q̄q̄ perexiguū munus sit: noris tamē in eo plus v̄tutis: plus excellētie q̄ in v̄bosis plerūq̄ voluminib⁹ delitescere: ita oīa (vt ꝑsianis vtar verbis) cedro digna sunt: ac ad cleantis lucernam euigilata: hunccine itaq̄ lima expolitum Badiana confestim ad te dare in aīo erat: quo iuuenū animi: vt secularibus musis. ita philosophicis imbuerentur. Reliquum est: vt boni consulas vale diui. Joānis columen, tertio nonas martias.

Eruditorium confessorum Fratris Hieronymi Sauonarole Ferrariensis ordinis predicatorum.

Onite hec verba mea in cordibus ⁊ in auribus: ⁊ suspēdite ea ꝓ signo in manibus ⁊ inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros: vt illa meditent. Deuteronomij. xi. ca.

¶ Quoniā ea que a summis pontificibus sacrisq; doctoribus de regimine animarum (quod omnium est difficillimum) nobis tradita sunt: ⁊ conscripta tum librorum ⁊ questionum ac canonū multitudine/tum opinionum diuersitate in immensum adeo excreuerunt: vt rudiores nouelliq; confessores tāq̄ intrāsfretabile pelagus ingressuri ab eis deterreantur: statui ꝓ assidua fratrum meoꝝ instātia ad eoꝝ vtilitatem: cui maxime inseruiendum est breui cōpendio: relicta allegationum ⁊ questionum numerositate: iuris naturalis ⁊ diuini claues seu regulas vtiles: ac patrum sanctiones: iurisq; positiui statuta: que ꝯmuniter in cōfessionibus occurrere solēt breui cōpēdio colligere: ⁊ instar cathene eo ordine cōnectere quo a principio vsq; ad finē recipiēdꝰ est pctōr examinādus ⁊ absoluēdus atq; dimittēdꝰ hoc em̄ q̄si tuto nauigio se ꝯmittētes vastum equor enauigare pñt. Per hec em̄ si subtiliter fuerint ītel

lecta ⁊ tenaciter memorie retenta / tanq̃ p claues q̃ ab alijs edita sunt aperiantur ⁊ dubia facile soluẽt.

¶ Ponite ergo confessores hec verba mea in cordibus ⁊ in auribus vestris. Qui in hoc genere librorũ magnitudinẽ: ⁊ numerositatẽ: obscuritatẽq; timet; Et suspendite ea p signo in manibus: vt que legitis ⁊ memorie mandatis opere exerceatis: q; (vt dicit Philosophus) expertus medicꝰ magis pficiet tãtummodo sciẽte. Et inter oculos vestros collocate: eos q; hec nisi quotidie reuoluãtur: ⁊ impleant facile e corde labuntur. Docte filios vestros: qui cõtriti ad vos tãq̃ ad spirituales patres currũt: vt illa meditentur: die ac nocte in bonis operibus pseuerando: vt autem congruo ordine pcedamus libellũ in tres partes diuidemus. Prima declarabit quid agendum sit anteq̃ penitens detegat peccata sua. Secũda quo ordine ⁊ de quibus sit interrogãdus. Tertia que ⁊ qualis penitentia pro satisfactione et medela sit ei iniungenda.

¶ Primus tractatus agens de his q̃ ptinent ad cõfessorem anteq̃ pctor ei sua peccata manifestet.

Confessor cum vocat ad audiendũ penitentiam añ oĩa stati ad deum p orationẽ se conuertere debet. Ars ars est artium regimen animarũ. Et bene regere sicut ⁊ bñ regi est donũ dei singulare. Cõuersus ergo ad deum dicat humiliter. Cor mundũ crea in me deus: quia cor immũdum non potest animas mundare. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis: ne cupiditate vel inani gloria: vel curiositate vel sensualitate ducar: sed solum hoc faciam p glo-

ria tua ⁊ animarum salute. Ne proicias me a facie tua: id ē a lumine vultus tui. Ne per ignorantiam errans velut cecus ceco ducatum prestem. Et spiritum sanctū tuū ne auferas a me. Non me ꝓmittas cadere in tentationem audiendo aliena peccata: ꝙ quē casuꝫ spiritum tuū a me auferres. Reddemihi letitiam salutaris tui. ℙ Post confessionem auditam ne remanentibus in me peccatorum (que audiero) phantasmatibus letitiā devotiōis. Jesuxp̄i filii tui penitus amittam. Et spiritu p̄ncipali confirma me. vt. s. semp fortior sim / perseverem sine peccato: Sic eñ: docebo iniquos vias tuas: que sunt mādata tua et impii ad te cōuertentur: ⁊ bene viuent ad honorē et laudē et gloriā tuam in secula seculorum. Amen

¶ Deinde surgat cū timore ac tremore non querēs que sua sunt / sed sitiens animarum salutem / et accedens ad peccatorē suscipiens eū cū alacri gravitate ne si se statim rigidum ostendat terreat ipsum: atꝙ perturbet. Debet namꝙ confessor esse dulcis et affabilis: atꝙ misericors ad animandum peccatorē vt aperiat ei omia vulnera sua: sciens ꝙ opus est in hac parte magna vti prudētia: sed vnctio spiritꝰ sancti docet de omnibus.

¶ Suscepto igitur peccatore / si non decenter se habet in genuflexione ⁊ aliis exterioribus ad talem actum requisitis dꝫ primū monere ipsum dulciter ac instruere qualiter deo / nō homini confitetur: ⁊ ideo debet reuerenter ac verecunde se habere cum omni humilitate versa facie non ad confessoris vultum. sed taliter ꝙ ad latus confessoris gentiꝰ ambobꝰ.

flexis faciem vertat ad reclinatorium ipsius: ⁊ maxime in hoc adhibenda est cautela circa mulieres.

¶ Disposito ergo peccatore corpaliter doceat eum (si nescit) facere sibi signū crucis: qō fieri debet hoc modo. Primo manum dexteram ponat super frontem ⁊ dicat. In nomine patris. Quia pater est principium totius deitatis (vt dicit Augustinus.) Deinde super vmbilicū ⁊ dicat. Et filij. Quia filius eternaliter procedens a patre descendit temporaliter in ventrem v̄ginis. Deinde ponat manū ad scapulā sinistram trahens illam ad dextram dicendo. Et spiritussancti. Quia spiritussanctus procedit vt amor ⁊ ē tan⁹ nexus patris ⁊ filij ab vtroq; procedēs. Et nos a sinistra. i. a tribulationibus huius mundi transire speramus ad dexteram eterne felicitatis. Deinde elcuata manus dicat. Amen. i. fiat. Post hoc autez faciat qō peccator confiteatur in generali peccata sua dicendo. Confiteor put dicitur in missa. Quod si ignarus est faciat se cū dicere confessor vulgari sermone hoc modo. Confiteor deo omnipotenti ⁊ gloriose virgini marie matri dei: et omnibus sanctis et vobis pater: quia ego infelix peccator peccaui male cogitando / male loquendo ⁊ male operando: ⁊ in multa omissione: ⁊ de omnibus peccatis meis dico. Mea culpa: ⁊ precor deum q; mihi ignoscat: ⁊ te pr: vt me digneris audire: ⁊ mihi des absolutionē ⁊ penitentiam.

¶ Post hec si non cognoscit conditionem eius interroget eum de statu suo. Pura si est coniugatus vel coniugata: cuius sit exercitij vel artis: si habet filios an nō ⁊ cetera ex quibus possit cū quenienter

interrogare. Non enī sunt oīa ab oībus interroganda: ⁊ maxime adhibēda est cautela circa iunēculas circa simplices pueros ne doceam⁹ eos ea q̄ nesciūt
¶ Item interrogandum est quātū temporis est ex quo nō est cōfessus. Quia vnus quisq; tenetur saltē semel in anno [cum ad annos discretiōis q̄uenerit] cōfiteri: ⁊ cōmunionē accipere. Quod si non fecerit mortaliter peccauit. Et totiens quotiens ꝓposuit non facere deliberato animo: etiam mortaliter peccauit. Annos autē discretionis maxime quo ad cōmunionē incipimus [scōm sanctum Thomam] duodecimo vel vndecimo anno: ⁊ plus ⁊ min⁹ scōm q̄ malitia supplet etatem. Cum enī sciūt discernere inter sacramētum altaris ⁊ panē quo quotidie vescimur ⁊ ostendunt ad ipsum aliqua signa deuotionis. Signum est eos ad annos discretionis hmōi peruenisse Et in hoc standum erit iudicio eorum qui habent curam anime eius. Pueri tamen vel puelle qui post annos discretionis non fuerunt de hoc instructi non sunt facile condemnendi de peccato mortali: q̄uis sint acriter reprehendendi.
¶ Interrogādus est etiā peccator si in vltima ꝓfessione malitiose tacuit aliq̄d peccatū mortale vel q̄d credidit esse mortale: q̄ peccauit mortaliter. Violādo sacramentū penitentie. Cum absolutio facta sit ꝓpter eius malitiam super indebita materia et indispositā: ⁊ ideo tenetur iterare ꝓfessionē illā ⁊ oēs precedentes confessiones: q̄a in illis quas hocmō fecit: nō fuit vere sacramentum penitentie.
¶ Interrogandus est etiā si fecit penitentiam a sacerdote impositam ꝓpeccatis mortalibus ꝓfessis,

Quia si non fecit eam ex dolo peccauit: et tenetur eam facere si habet eã in memoria. Quod si nõ habet eam in memoria tenetur iterare ꝓfessionem fm opinionẽ magis cõmunẽ. Quia sacramentũ penitẽtie sine satisfactione non hꝫ vltimam suã perfectionem: eo ꝙ vna pars deficit ei. Confessor tamen posset eam commutare si haberet eam in memoria dũmodo non fuisset data a suo superiori: puta ab episcopo ꝓpter peccata ⁊ casus. a q̃bus ipse vel alius inferior non posset absoluere.

¶ Interrogandus est etiã peccator si est excõmunicatus aliqua excommunicatiõe maiori vel minori. Quia si siqvebet ꝓius absolui ab eis q̃a peccatis: eo ꝙ excõmunicatus non est particeps sacramentorum. Excommunicatio eñ est exclusio a sacramentis communioneꝙ fidelium. Et hoc tene licet q̃daꝫ ignoranter ꝺctium dicant/nescientes distinguere inter penitentiam que est virtus/quã quilibet excõmunicatus potest habere: et penitentiã: que est sacramentũ: quam nullus excõmunicatus põt suscipere. Si autem non potest eum ab excõmunicatiõe Absoluere: mittat ad superiorem qui possit ipsum absoluere/anteq̃ eum audiat vel absoluat a peccatis/vel a superiore habeat licentiã absoluendi et eũ primum absoluat.

¶ Excõmunicationes autẽ subiungemus in breuitate: quas tñ debent cõfessores in fonte videre propter dubia q̃ sepe mouentur in tali materia. Nõ autem opꝫ quẽlibet interrogare de omnibus: sed iuxta ꝓditionẽ cuiuslibet opꝫ interrogationes formare.

¶ Excommunicationes papales: que sunt in corpore iuris.

SI quis suadente diabolo enormiter percusserit clericũ vel religiosum seu religiosam etiã nouitiũ vel ꝯuersum. xvij. q. iiij. Si quis suadente. Notãdum est autem cũ dicit suadente diabolo. Si q̃s percuteret clericũ ex ioco: vel dũ percutit ab eo ipse subito sine deliberatione percuteret/ vel cã correctiõis prelatus percutit subditum suũ: vel magister discipulũ/ vel pater filiũ. Item cũ quis aliter se defendere non põt vel cũ quis inuenit clericũ turpiter opetantẽ cum mr̃e vel sorore vel filia. vel cũ percutit eũ qui ꝑdidit priuilegiũ clericale: qꝛ non ꝓprie isti percutiunt suadente diabolo. Et breuiter ĩ his nota: ꝙ qui põt facere sibi conscientiã ꝙ non peccauit mortaliter: põt etiã sibi facere ꝯsciẽtiã ꝙ non sit excõicatus: qꝛ excõmunicatio rite lata/ nõ fertur nisi ꝓ mortali et graui: cũ sit grauissima peuaꝝ: eo ꝙ totaliter separet hoĩem a corpore xp̃i et ecclesie.

¶ Si quis a delegato pape fuit excõicatus post annum a sententia diffinitiua: nõ põt absolui nisi a papa. Extra de offi. dele. querenti iuncta glo.

¶ Excõicati ex generali snĩa suoꝝ diocesanorũ habẽtes lr̃as apl̃icas falsas/ nisi intra. xx. dies postq̃ cognouerint se habere lr̃as falsas/ illas dextruxerint aut illas resignauerĩt: nõ possunt absolui post lapsum. xx. dieꝝ nisi a sede apl̃ica. ex̃ de cri. fal. i. ca. Dura. ¶ Clerici qui participãt in diuinis/ sciẽter et sponte cum excõicato a papa sentẽtialiter vl̃ iudicialiter. ex̃ de sentẽ. excõ. significauit. Hoc est ve-

rum secundū aliquos: aliqui tamen sentiunt ꝓtrarium: serua ergo tutiorem partem.

¶ Incendiarij ꝛ fractores ecclesiarum vel monasteriorum ꝛ piorum locorū/sunt excōmunicati excōmunicatione episcopali ipso iure. Sed postꝫ sunt denūciati/sunt excommunicati excōmunicatiōe papali. Incendiarij vero aliox locorum/si excōmunicantur: ꝛ fuerint denuntiati: talis excommunicatio est papalis: eo. ꝛ. tua: nos: ꝛ ca: cōqsti.

Insecutores cardinaliū/ꝛ fauentes Et similiter domini ꝓales/non facientes obseruare intra mensez hanc constitutionē contra insecutores cardinaliuz predictos. Extra de pe. c. feli. lib. vi.

¶ Qui sine licentia sedis apostolice ingerit se electioni senatorū vrbis Romane: vel se ꝓ senatore gerit ꝛ cetera. extra de fund.

¶ Vantes licentiam offendendi vel grauandi eos qui sentētias excōmunicationis. vel interdicti tulerunt ꝺ quēcunqꝫ/nisi licentiā ipsam re integra reuocauerint: vel si ad bonox captionē occasione ipsius licētie sit ꝓcessū: nisi bona ipsa fuerit intra octo dierum spaciū restituta/aut satisfacio ꝓ ipsis impēsa sunt excōicati: que quidē sñia vsqꝫ ad duos menses est ēpalis: exinde xvo papalis eo. ti. c. ꝺcunqꝫ lib. vi

¶ Inquisitores qui contra conscientiam cōmiserit procedere contra aliquē hereticum: vel iniuste alicui crimē heresis imposuerint ꝛ vexauerint. in. cle. multorum de hereti.

¶ Omnes religiosi: qui sine licentia presbyteri parochialis ministrāt sacramēta. s. extremam vnctionē vel eucharistiam layeis aut solanizāt matrimo-

nia/aut absoluūt excōicatos a iure vel synodalib⁹: aut a culpa ⁊ a pena in cle. Religio de priuil.

¶ Iniuriose retinētes: capientes: aut bāniētes episcopos ⁊ qui consiliū vel fauorem dederīt: vel ratū habuerint: in cle. de. pen.

¶ Religiosi ⁊ clerici seculares q̄ inducunt ad iurandum vel vouendū vel alias ꝓmittendū aliquem de eligendo sepulturā ad ecclesias eoꝝ: vel qui iam electam nō mutet. in cle. cupientes de pe.

¶ Domini tꝑales etiā: si sint episcopi: qui cogunt tēpore interdicti in locis suis celebrari diuina ⁊ omnes qui vocāt interdictos ⁊ excōmunicatos ad audiendū ea: vel prohibent ne de ecclesia egrediantur Et ipsi interdicti ⁊ excōicati moniti nominatim: vt exeant si nolunt exire. in cle grauis. de sen. excō.

¶ Excōmunicationes que sunt in processu annuali

Excommunicantur oēs heretici ⁊ scismatici ⁊ fautores ⁊ adherētes ⁊ qui cōmerciū cū eis habēt: ⁊ similiter illi q̄ vvicleuistis hereticis deferūt arma: vel alia ꝓhibita: aut vinū ⁊ oleū: vestes granū ⁊ huiusmodi.

¶ Pirate ⁊ latrunculi marini ⁊ dantes fauorem

¶ Qui in terris suis noua pedagia imponunt: vel prohibita exigunt. Et qui imponunt collectas vel onera ecclesiasticis personis: ⁊ qui exigunt tam realia q̄ personalia.

¶ Falsarij litterarum apostolicarū vel vicecancellarij/seu gerentium vices eorum.

¶ Nota q̄ hec de iur ē episcopalis: vt extra de crifal. c. ad falsarioꝝ: est aūt episcopalis ex hoc ꝓcessu.

¶ Qui equos /arma/ ferrum/lignamina/ ⁊ alia ꝓhibita deferũt/saracenis/turcis/ ⁊ aliis infidelib⁹.
¶ Verberantes vel capientes seu spoliãtes eos q̃ ad sedem apostolicam vadunt/vel ab ea recedunt: vel eo tp̃e quo morantur in curia.
¶ Impedientes et inuadentes eos q̃ victualia et alia necessaria ad vsum Romane curie deferunt.
¶ Qui verberãt vel capiunt seu bonis spoliãt eos qui causas suas ꝓsequũtur in curia vel aduocatos seu procuratores eorum propter huiusmodi prosecutionem causarum.
¶ Qui prohibent seu statuunt ne pareatur litteris ⁊ mandatis apostolicis/seu legatorũ ⁊ nũtioꝝ ⁊ iudicium delegatorũ domini Pape ⁊ fauentes.
¶ Qui se ab ecclesia romana subtrahũt ⁊ fauẽtes.
¶ Qui vsurpant sibi iurisditionem/seu fructus ad ecclesiasticas personas pertinentes ⁊ dantes consilium auxilium ⁊ fauorem.
¶ Omnes dominium seu superioritatez habentes quacunq; etiam ecclesiastica dignitate prefulgeãt: qui prohibent quoquo modo: ne aliquis de vacatione quempiam ex̃ dominiũ eorum existentem/vel impediunt directe seu indirecte ne prouisiones beneficiorum/seu dignitatũ sibi auctoritate apostolica factas prosequatur. Et omnes consulentes vel nõ obuiantes cum possunt. ⁊c.
¶ Verberantes vel capientes seu depredantes: romipetas accedentes/morantes ⁊ recedentes. Et similiter dantes auxilium vel fauorem/hostiliter discurrentes per terras ecclesie ⁊ fautores.

¶ Qui absoluunt a predictis casibus: nisi in articulo mortis. In quo etiã oportet q excõicati prestent fidem de satisfactione: vel sufficiente cautionẽ sunt excõicati. ¶ Et nota q a penis ⁊ censuris positis in hoc processu nulla persona eximit: nec episcopi: nec patriarche: nec quiuis aliꝰ quacunq; fulgeat dignitate ecclesiastica vel seculari. ¶ Et nota q processꝰ annuales inueniuntur differentes: ⁊ quidam plus: quidam vero pauciores casus cõtinent. Et iõ oportet semper habere apud se illum: qui a papa viuẽte emanauit. Ego autem hic posui casus: quos inueni in processu. Innocentij octaui.

¶ Excommunicationes papales que sunt in extrauagantibus.

SIxtus quartus in quadaz extrauagãti que icipit. Et si dominici gregis: excõicat oẽs qui absoluũt aliquem a p̃dictz excommunicationibus: q̃ sunt in ꝓcessu annuali p̃textu cuiuscunq; p̃uilegij nisi faciat de hoc processu mentionem expressam. Et similiter eos qui dispensant in votis in bullis cõiter exceptis vel in suspensione ⁊ irregularitate.

¶ Facientes pactum vel promissionem vel recipiẽtes aliquid pro aliqua gratia vl̃ iustitia obtinenda in curia vltra taxas curie. Item qui hoc sciuerit nõ reuelauerit summo pontifici intra spatium triũ dierum: vel alicui qui fideliter hoc ei manifestet. Item scienter vtẽtes huiusmodi gratijs vel iustitijs. Nec possunt absolui nisi integraliter id quod percepẽrt erogent pauperibus. Per extrauagantem Bonifacij. viij. Et sicut vtẽtes talibꝰ, Quidã dicũt hãc fuis-

ſereuocatã. Quidam vero dicũt eã durare. Quod ergo verius ſit incertum eſt tñ in curia non ſeruatur

¶ Exenterantes ꝛ in fruſta incidentes corpus mortui. Et in aqua coquẽtes / vt oſſa ſeparẽt a carnibus Quatenus ad alium locũ corpus ſepeliendum deferatur et cetera. Bonifacius. viij.

¶ Emendatores litterarũ apoſtolicarꝝ / vt dicit hoſtienſis ꝓ ſententiam latam in curia romana

¶ Euntes ad ſepulchrũ ſine licẽtia ſummi pontificis etiã cauſa implendi votũ hoc reperitur in libro penitentiario. Summi penitentiarij.

¶ Martinus quĩtus excõmunicat mendicãtes ad ordines non mendicantiũ tranſeuntes prꝫtextu cuiuſuis licentie apoſtolice generalis. Et ipſos etiam recipientes. Excipiuntur: Carthuſienſes.

¶ Omnes ſymoniacos in ordine vel beneficio. Pau. et. Sixtus

¶ Qui libellos famoſos vel rhythmos faciũt contra ordinem ꝑdicatorꝝ ꝛ minorum. Alexander quartus Similiter. Dicẽtes ꝛ defenſantes / ꝙ non ſunt in ſtatu perfectionis vel ꝙ non lꝛeis de elemoſynis viuere aut ꝙ non poſſunt predicare / et confeſſiones audire. Et ſimiliter eos ꝺ faciunt violentiã dãnabilem in eorꝝ locis. Oẽs tales nõ poſſunt abſolui niſi a papa vel a conſeruatoribus victorum ordinum

¶ Item ingredientes monaſteria eorũdem monialium prꝫterꝙ in caſibus conceſſis per earũ reguleꝫ vel ſtatuta non poſſunt abſolui niſi a papa vel a magiſtro generali victorum ordinum.

¶ Recipientes aliquod tẽporale vel dantes ꝓ ingreſſu monaſterioꝝ. Urbanus quintus in extrauꝫ

gãtique incipit ne vinea. Dñs aũt archiep̃s floren
tinus dicit se audisse a fide dignis q̃ Martin⁹. v. di
xit se nolle hanc extendi ad mulieres.

¶ Causus a quibus ep̃i absoluere p̃nt de iure.

PRincipes et officiales: qui tertio admo-
niti ab episcopis vel ecclesiasticis prela-
tis recusant eis facere iustitiam super e-
orum causis. xxiij. q. v. Administrantes.

¶ Qui cõtumacit̃ asserũt. Romanã ec-
clesiã nõ esse caput oĩm ecclesiarũ dixit Nulli fas
Tutñ nota q̃ magis hoc habet̃ in glosa q̃ ĩ textu: q̃
talis est cẽscendus hereticus. ⁊ ideo excomunicat⁹
excomunicatione papali per ꝓcessum annualem.

¶ Impugnãtes litteras pape ante incoronationẽ
eius in extrauaganti Bñdicti. xi. episcopalis est

¶ Percutientes clericos si non fuerit enormis in-
iuria. extra de sen. excõ.. peruenit. ¶ Nota autẽ q̃ ĩ
aliquibus casibus vbi esset enormis iniuria potest
ep̃s absoluere: vt cum quis hꝫ legitimũ impedimen
tum: quo non põt Papam adire: vel alium haben
tem absoluendi auctoritatem. Item si sunt persone
magne potẽtie. Similiter mulieres: filij familias
qui non sunt sui iuris. Et serui maxime si ex eorũ ab
sentia pater vel dominus dãnum graue pateretur
Impuberes quoq; possunt ab episcopis absolui. q̃
iniuria eorũ nõ reputatur enormis ꝓpter defectum
etatis: vel etiaꝫ quia itineratio eorũ esset periculo
sa: oportet ergo diligenter tales casus examinare:
de quibus diffuse doctores scripserunt.

¶ Exercentes regimen in nauibus infideliũ. extra
de iudeis. c. Ita quorundã Ubi etiam excõmunicãt̃

qui deferunt arma vel lignamina sarasenis de quibus dictū est in processu annuali.

¶ Electus in papam a pauciorib⁹ q̄ a duabus p̄tibus cardinaliū si assentit electio. Et similiter oēs recipientes eū. Ex de elec. Licet.

¶ Si qui innitunt ordinationibus vel alienationibus a scismaticis factis. ex de scismat. c. i.

¶ Qui se ingerit ad curam alicui⁹ populi alterius lingue ab eo. extra de offi. Judi. or. Am. Hoc autez ꝓpterea prohibet: quia in aliq̄bus diocesibus sunt populi diuersarum linguarū et rituum: q̄bus epūs tenetur prouidere viros idoneos fm diuersitatem rituum et linguarum.

¶ Si qui faciunt statuta ⁊ scribētes ea: ⁊ seruantes et iudicantes fm ea contra libertatem ecclīasticaz Et iudicata in publicā formam redigentes. Extra de sen. excō. c. Mouerit

¶ Laici recipientes in curia romana lras de manu alicuius nisi ip̄ius dñi pape vel officialiū ad hoc deputatorum vel per nuncium eas recipiēte n de manibus eorum: q̄ est persona magne auctoritatis. extra de cri. fal. Mura.

¶ Magistri ⁊ scholares tractātes cum aliquo clue bononiensi de conductione hospitū in requisitis in quilinis: nisi tēpus cōductionis fuerit elapsum. Ex de loca. ⁊ conduc. c. ꝑmo.

¶ Si qui vsurpant de nouo custodiam vacantiū ecclesiarū piorū locorum: seu occupant eor bona Extra de elec. ca. ghalt. vi. Et similiter clerici ⁊ monachi qui hoc fieri procurant.

¶ Si qui ab ecclesiasticis personis exigūt pedagiū

vel guidagium pro personis vel rebus quas nõ causa negotiationis deferunt si sunt singulares ꝑsone excõmunicate sunt. Si autẽ est ciuitas vel castrum interdicte sunt: nec possunt absolui nisi exacta restituerĩt: et de trãsgressione hmõi satisfecerint cõpetẽter. Similiter facientes exactiões indebitas ecclesijs vel clericis. Si postq̃ moniti fuerint nõ desistãt Extra de immunitate eccle. c. Non minus. ⁊ capi. Extra de censibus. Quãq̃ aduersus lib. vi.

¶ Similiter etiã clerici predicta soluentes: vt patz infra de immunitate ecclesie clericis. li. vi. Nota tamen ꝙ hoc capitulum fuit annullatuz a Clemente quinto in consilio mennensi: vt ptz in cle. Quoniaz de immu. eccle. Et ideo clerici soluẽtes non sunt excõmunicati: q̃uis non debeãt soluere: nisi prius romanus pontifex consulatur.

¶ Et nota ꝙ q̃uis de iure he excõmunicatiões sint episcopales: ex processu tñ annuali sunt papales.

¶ Hi qui absolutionẽ ab aliqua excõicatiõe: suspẽsione vel interdicto extorquẽt per vim vel metum. Extra de his que. vi. vel me. cã. fi. c. vni. li. vi.

¶ Hi qui per assassinos mandant interfici xp̃ianos etiã si casus non fuerit sequutus: aut eos receptauerint: vel defenderint: seu occultauerint. Extra de homi. pro humani. li. vi.

¶ Qui cõcedunt represalias ꝯtra ꝑsonas ecclesiasticas: specialiter: vel gñaliter: si sunt singulares ꝑsone sunt excõicate. Si ꝟo vniuersitas est ĩterdicta Extra de iniur. ⁊ dan. da. c. vnico. lib. vi.

¶ Rectores seculares impedientes officium inquisitorum: vel diocesanoꝝ contra hereticos. Necnon

etiam qui scienter in predictis dederint auxilium: consilium vel fauorem sunt excōmunnicati. Quam excōmunicationem: si per annum omnino sustinuerint: ex tunc velut heretici condēnentur. extra de here. vt inquisi. lib. vi.

¶ Dñi tpales interdicētes subditis suis ne ecclesiasticis psonis quicq̄ vendant vel ab eis emant: seu alia obsequia prebeant. Extra de imu. eccle. c. Eos. lib. vi. Et quia talia presumunt esse in derogationez ecclesiastice libertatis vt. d. textus videtur potius esse excōmunicatio papalis q̄ epalis.

¶ Qui impediunt aliquē ne possit obtinere iustitiam coram iudicibus ecclesiasticis vel ordinarijs in causis que ad eos ptinent de iure vel de antiqua cōsuetudine: aqua nō possunt absolui nisi satisfecerint de iniuria et de damnis: et iudici ⁊ parti lese. Extra de imu. eccle. cap. Qm̄. lib. vi.

¶ Qui personas ecclesiasticas compellunt ad summittendū laicis vel alienandū bona immobilia seu iura ecclesiarum: ⁊ laici ea illicite vsurpantes: si nō destiterint postq̄ fuerint moniti. Extra de re. eccle. non ali. c. hoc consultissimo. lib. vi. Restituēdo etiaz que taliter vsurpauerint.

¶ Qui fingunt aliquē casum fraudulēter: per quē iudex mittat ad aliquā mulierez ꝓ testimonio ferēdo. Extra de iudi. c. Mulieres. li. vi.

¶ Qui vocant ad dirigēdas moniales in electionibus: nisi abstineāt ab his ꝑ q̄ posset i eis oriri discordia: vel nutriri. Extra de elet. c. indēnitatib⁹ lib. vi.

¶ Qui ꝓcurant q̄ ꝯseruatores dati se intromittāt de alijs q̄ de manifestis iniurijs: ⁊ violentijs seu de

aliis: q̄ de iis que ad iudicialem indaginē exigunt: ⁊ non possunt absolui: nisi satisfaciāt eis quos sic fatigauerint. Extra de offi. dele. ca. fi. lib. vi.

¶ Qui grauāt ecclesiasticas ꝑsonas aliquo modo in se vel in consanguineis ꝓ eo: q̄ noluerūt eligere eū ꝓ quo rogabant. Extra de elec. Sciant. lib. vi.

¶ Qui loquūtur secrete: vel mittunt scripturā vel nuntium alicui cardinalium: quādo sunt reclusi occasione electionis pape. Extra de elec. Ubi periculum. lib. vi. in quo etiam capitulo excōicantur domini rectores vel officiales qui non seruant huiusmodi constitutum capituli: vel circa ipsum fraudem cōmittunt. Et si est ciuitas remanet interdicta ⁊ pontificali dignitate priuata.

¶ Religiose ꝑsone de claustris exeuntes ad audiendum leges vel phisicā nisi intra duoꝝ mēsiū spatiū ad claustrum redierint. Extra ne cle. vel mo. c. fi.

¶ Doctores ⁊ magistri: qui scienter docēt leges vel phisicam: aut in scholis suis ausi fuerint retinere religiosos qui temere dimiserunt habitū. Ex Ne cle. vel mo. vt periculosi lib. vi. In quo etiam capitulo excommunicantur ipsi religiosi temere habituz dimittentes. seu accedentes ad queuis studia sine cōsensu prelati sui et maioris partis conuentus.

¶ Rectores temporales: qui non faciunt vel nō fecerunt obseruari ea que statuuntur contra insecutores cardinalium. Extra de penis. c. Felicis. lib. vi.

¶ Domini seu rectores: aut ciuitates: seu alie singulares persone: tam Ecclesiastice q̄ seculares / infra dignitatem Episcopalem cōducentes alienigenas ⁊ non oriundos de terris ipsorum: vel conductis de

nos locantes: vel in terris suis eos habitare pmit
tentes ad hoc: vt vsuram publice exerceant: nisi in-
fra tres mēses eos de terris suis in ꝑpetuum expel
lāt vel etiam quocunq; modo eis domos locantes
sūt excōicati. ⁊ ciuitates interdicte. Episcopi vero ⁊
archiepiscopi ⁊ patriarche sunt suspensi. Extra de v
su capi. i. li. vi.

¶ Religiosi mendicantes: qui domos ad habitan
dum vel loca de nouo recipiunt: vel mutant vel alie
nant vel de nouo aliquem ad professionez admittūt
sententiam excommunicationis incurrunt. Extra
de reli. domi. capitulo vnico. vi. Non autem hoc ad
ꝑdicatores Minores. Carmelitas: aut heremitas
extenditur: Sed ad eos tantum qui post concilium
generale instituerunt religionem. de qua habes in
cap. fi. eōdem ti. in decretalibus.

¶ Officiales qui faciūt statuta: vel qui scribunt vel
dictant: vel iudicant secundum ea: vel non deleue-
rint intra tres mēses: si super hoc habēt ptātez per
q̄ quis cōpellat soluere vsuras: vel soluras nō repe
tere. In cle. de vsur. ca p. Ex grāui In quo etiā capi
tulo dicitur: q̄ qui ptinaciter affirmat vsuram non
esse peccatum: velut hereticus est puniendus.

¶ Contrahentes matrimonia cū cōsanguineis vel
affinibus vel monialibus professis vel religiosis: et
cum clericis in sacris ordinibus constitutis: ⁊ ipi cle
rici ⁊ religiosi ⁊ moniales matrimoniuz cōtrahētes
In clemen. vnica. de consanguinitate ⁊ affinitate.

¶ Qui impediunt visitationes monialiū. Si mo-
niti non destiterint. In cle. de statu mon. ca. ij.

¶ Impediētes sequestrationem: vel fructus seque

stratos occupãtes post vnam diffinitiuam sentẽtiã apud sedem apostolicam promulgatã sup aliquo beneficio/etiam si nulla foret. In cle. vnica de seqstr.

¶ Beghine/religiosi fauẽtes eis. in cle. pu. de reli. do. vt eo sint subiecte.

¶ Qui sepeliunt corpora in cimiteriis/tempore interdicti in casibus non concessis/ aure vel excõicatos/nominatim: vel interdictos: vel vsurarios manifestos scienter in cle. eos. de sepulturis.

¶ Religiosi decimas ecclesijs debitas sibi appropriantes vel fraudãtes ecclesias circa eas/ vel eas solui non permittẽtes nisi requisiti destiterint ĩtra mensem. Si non habent administrationes sunt excõmunicati. Si habent suspensi. In cle. pu. de decī.

¶ Monachi vel canonici regulares: qui non habẽt administrationes sed ad curias principũ sine licẽtia suorum prelatorum se conferunt. vt damnum aliqõ inferant suis prelatis aut monasterijs. in clem. ne in agro de sta. monachorum. Vbi etiam excõmunicantur monachi intra septa monasteriorum sine licẽtia abbatum suorum arma tenentes.

¶ Inquisitores hereticorũ ptextu officij pecunias extorquentes vel scienter bona ecclesiarum/ob delictum clericorũ fisco etiam eccle applicantes: nec possunt absolui nisi satisfecerunt. in cle. ij. de here.

¶ Religiosi: qui non seruant interdictum: quod seruat mater ecclesia. in cle. pu. de sentẽ. excom. Et hec pena extenditur ad eos: qui non seruant cessationẽ a diuinijs generalem/seu interdicta indicta per concilia generalia.

¶ Religiosi. Qui in sermonibus retrahunt popu-

lum a solutione decimarum: vel sibi confidentibus non faciunt conscientiam scienter de decimis soluēdis si fuerint requisiti: ab officio predicationis sunt suspensi / donec faciant eis de hoc conscientiam cum commode possint: Et interim si predicant / sunt excōmunicati. in cle. cupiētes. de penis. Ad reliquos monasteriorum vel ecclesiarum decimas percipientium hoc non extenditur.

¶ Fratres minores. Qui tempore īterdicti recipiunt ad diuina fratres vel sorores de tertio ordine. in cle. cum ex eo. de sen. excom. Verum nunc hoc p̄uilegium habent speciale ꝯ hanc constitutionem.

¶ Clerici personatum habentes: ⁊ quicūq; presbyteri audientes leges: vel phisicam. ex̄ ne cle. vl̄ mo. ca. non magnopere. ⁊ ca. fi.

¶ Postq̄ aliquis fuerit excommunicatus: qui cuz eo participat in crimine propter quod crimē ille esset excommunicatus / incidit in eandem excommunicationem. ex̄. de sen. excom. si concubine.

¶ Absoluti ab excommunicatione propter articulum mortis: vel aliquod impedimentum: si non rep̄sentant se q̄citius possunt ad eum a quo debent absolui recidunt in eandem.

¶ Et similiter. Qui absoluuntur a sede apostolica: vel legatis vel iniungitur eis q̄ se representēt ordinariis vel aliis penitētiam suscepturi / vel passis iniuriam: vel eis quibus sunt obligati: si hoc non faciunt recidunt in eandem. ex̄ de sen. excom. eos. li. vi.

¶ Quia autem quelibet diocesis hz proprias synodales constitutiones / dz confessor habere illas apd̄ se: que sunt vtiles ad regimen cōsciētie et presertim

excommunicationes. Quas quidem hic non ponimus. Quia in diuersis locis diuersimode variant. Et episcopi non eodem modo reseruant sibi casus. Et ideo melius est intelligere ab eis: quos sibi casus reseruant.

¶ De excõmunicatione minori.

Postq̃ igitur tractauimus de excõmunicatione maiori: nunc aliquid dicendũ est de minori. A qua potest q̃libet sacerdos absoluere. Cuius effectus est excludere a participatione sacramentorũ: non autem a participatione diuinorum.

¶ Unde excõmunicatus minori licite potest audire missã et ecclesiã officiare: dũ tamen nullum sacramentũ percipiat: nec matrimoniũ nec aliũ: nisi p̃us sit absolutus. Aliter peccaret mortaliter: nec tamẽ incurreret in irregularitatem

¶ Incurrit autem in hanc excõmunicationẽ. Primo ꝓpter participationẽ cum excõmunicatis maiori: dummodo participet cũ eis in alijs/q̃ in crimine/videlicet q̃ participet in his/que continentur ĩ versu infra scripto.

¶ Os. orare. vale. Communio. mensa negatur.

¶ Quia non dz loqui cũ eo/nec orare: nec eũ salutare: ne in actibus hũane cõuersationis aliquã cõmunionẽ habere cũ eo: nec comedere cum eodẽ.

¶ Non tamẽ semp peccat mortaliter ille q̃ sic participat cum talibus excõmunicatis. Quia hoc esset nimis durum pro parua videlicet re obligare homines ad peccatũ mortale vt dicit. Sa. Thomas i. iiij sen. dist. xviij. q. ar. iiij. nisi participet cũ illo in con-

temptum ecclesiastice discipline/vel contra prohibitionem peremptoriam superioris.

¶ Excipiuntur tamē quidā casus. In quibus participantes cum eis non incurrerent in hanc excommunicationē minorē. Qui casus in hoc versu infra scripto comprehenduntur.

¶ Utile/Lex humile. Res ignorata/Necesse.

¶ Primo videlicet. Quando quis hoc facit vt procuret vtilitatez anime ipsius excōicati/vel etiā vtilitatē propriam vt puta/cū petit quis ab excōicato id/quod ei excōmunicat⁹ dare tenetur et dz: Aliter excōmunicatus de sua excōicatione commodum et vtilitatem reportaret/vel etiā cum petit ab eo consilium pro remedio anime suc:qñ scilicet non potest habere recursum ad aliquē alium.

¶ Secūdo excusat. Lex scilicz. Matrimonij ex pte mulieris/que potest cōicare viro excommunicato: cū sit ei subiecta. vir tamē non excusaretur⁹ participādo cū vxore excōmunicata:qz potest eā corrigere cogendo ipsā/nisi in redditione debiti.

¶ Tertio excusat humilitas subiectionis vel seruitutis. Unde filij/q̄ sunt in patria potestate vel etiā emancipati si sunt cōmensales patris et ab eo recipiunt victualia vel necessaria excusant/alias nō. et serui et rustici/et alie subiecte psone similiꝫ excusātur si participant cū suis dominis excōmunicatis. Alioquin si tales persone non excusarentur sequerentur infinita incōueniētia: ꝛ damna innocentib⁹ Non tñ superiores excusantur si participant cū inferioribus: nisi forte participēt in eis rebus que tenent ꝓuidere illis Maxime si illos nō stetit: quin

eos corrigerent: ꝛ pro eis quererent absolutionē.
¶ Quarto excusantur ignorātes: nō ignorātia iu-
ris crassa. Sed ignorātia facti. cū scz eis non ꝓstat il-
lum esse excōicatum/cum quo participant
¶ Quinto excusat necessitas. Quia quilibet in ne
cessitate ꝓstitutus pōt ab excōmunicatꝫ elemosynā
recipere: et econuerso etiā excōmunicatis in neces-
sitate constitutis elemosynā erogare quilibet pōt:
nec etiā est expectāda vltima necessitas et extrema
Unde si excōmunicatus petat hospitiū: nō tenetur
quis expectare ꝙ ab omnibus sit repulsus.
¶ Excōmunicationē minorē etiam quis incurrit ꝓ
sacrilegio. xvij. q. iiij. Minor.
¶ Similiter pro notoria fornicatōe precipue cleri.
Extra de cohabi. cle. vestra.
¶ Item cum quis recipit ecclesiam de manu laici.
xvi. q. vij. Si quis deinceps Difficile tamen est hoc
elicere ex textu.
¶ Notanduz est tñ ex constitutione Martini. v. in
consilio ꝓstantiensi ꝙ nullus incurrit excōmunica
tionē minorem ex pticipatiōe cum excōicatis qua-
cūqꝫ excōmunicatiōe maiori: nulluscꝫ tenetur vita-
re eos etiā in diuinis: nisi fuerint publicati/et denū
ciati specialiter et nomīatim: excepto si quis ita no
torie percussisset clericū: ꝙ non posset aliqua tergi-
uersatione celari: nec aliquo modo excusari. Quili
bet em̄ tenetur in hoc casu huiusmodi percussorem
deuitare: etiā si non fuerit publice denūciatꝰ. Atqꝫ
hec de excōmunicatione dicta sufficiant
¶ Quia vo aliqñ non seruantes interdictū incidūt
in excōicationē: ꝛ sepe ꝓpter contēptuz excōicatio-

num fiunt interdicta: et inde sequunt suspensiones et irregularitates: de huiusmōi censuris aliq̄d dicēdum est. Quod tñ breuissime faciemus / ne ꝯ intentionem nostrā in hoc opere scribē videamur. sufficere em̄ putamus mentez confessoris excitare: ne per crassam ignorantiā: vel per incōsiderationem talia pertrāseat. Sed vt per hec que scribemus / ceperit dubitare subsistat / et ad doctores: qui hmōi diffuse pertractant se conferat ⁊ solutiones inueniat. Primum ergo dicemus de interdicto: deinde de suspensione. Postremo de irregularitate.

¶ De interdicto.

Interdictum est separatio a certis sacramentis: et oībus diuinis officijs / ⁊ ecclesiastica sepultura Et quādoq; fertur a iure: quandoq; ab homine

¶ A iure interdicitur collegium cardinaliū vel vniuersitas: que cogit ecclesias vel ecclesiasticas ꝑsonas soluere iure guidagia: vel pedagia vel gabellas pro rebus proprijs.

¶ Itē vniuersitas / q̄ domos locauerit vel ꝯductas habere ꝑmiserit alienigenis vsurarijs in t̄ra sua ad exercendū fenus. Et q̄ represalias ꝯ personas ecclesiasticas concedit. Et q̄ non seruauerit ea ad que tenetur ꝑ decretalē. vbi periculū. de elec. li. vi. Qñ in ea electio Romani pontificis est celebranda. Et q̄ consentit occidētibus / vel percutiētibus Cardinalem sancte Romane eccl̄ie: vel si intra mensem non punit delinquentes si pōt. Et que ep̄m proprium temere percusserit vel ceperit: vel bannierit vel ī his fauorem dederit: vel non defensauerit.

¶ Est etiam aliquod interdictum speciale vt cuz interdicit ecclesia propter iniuriosum sãguinẽ ibi effusum: et propter effusionem humani seminis studiose procuratum. Et quando propter discordiam patronorum episcopus claudit ostia: ⁊ precipit vt nullus in ea celebret. Et quando symoniace/vel principaliter pro questu/vel sine licẽtia episcopi. vel sine reliquijs in loco deserto fuit consecrata. In hoc tamen speciali ecclesie interdicto celebrãtes/in ea nõ efficiuntur irregulares.

¶ De suspensione.

Suspensio est censura ecclesiastica qua interdicitur aliquod officium vel exercitium competens persone ecclesiastice/aliquando a iure/aliquando a iudice prolata.

¶ A iure ergo suspendunt. Simoniaci in ordine vel beneficio. Notorij fornicatores.

¶ Episcopus: qui ordinat alienum clericũ: sine licẽtia sui superioris scienter seu affectata ignorantia.

¶ Qui confert tonsuram clericalem infanti. vel illitterato vel coniugato.

¶ Episcopi et superiores eis: id est Archiepiscopi et Patriarche locantes aliquam domuz vsurarijs alienigenis vel permittentes huiusmodi habitare in terris suis ad fenus exercendum.

¶ Proferentes sententiam excommunicationis: suspensionis vel interdicti: sine debitis circunstantijs: id est non premissa admonitione non adhibitis testibus: ⁊ inscriptis ⁊c. ¶ Ultramontani ordinati ab episcopis italie: sine licentia episcopi. vnde sunt oriundi vel in cuius diocesi sunt beneficiati.

¶ Qui ordinantur a non suo episcopo sine licentia ipsius nisi sub sperati habitionis.

¶ Archiepiscopus qui confirmat electionem cõsecrans electum/non cognito vtrũ per aliquam prauitatem sit ab appellatione recessum: que erat iterposita ad ℙapam.

¶ Quicunq; de collegio vacantib⁹ eccl̃ijs collegiatis quibuscunq;/occupant aliquid de bonis illarũ.

¶ Episcopi ⁊ superiores ⁊ etiam inferiores eis/q̃ visitantes recipiũt munera: aut visitatiõis officio/nõ impenso ꝓcurationes in pecunia vel victualibus.

¶ Qui recipiũt aliquem ex ordinib⁹ sacris ab episcopo qui renunciauit loco ⁊ dignitati.

¶ Recipientes aliquem ordinem sacrum extra statuta tempora ordinationum.

¶ ℙromoti per saltũ qui recipiũt eadem die minores ordines cũ subdiaconatu vel duos ordines sacros

¶ Contrahentes matrimoniũ per verba de ꝑsenti ⁊ ante carnis copulã faciẽtes se ad sacros ordines ordinari. ℙer hucusq̃ non dissoluitur matrimoniũ.

¶ Ordinati ab heretico/vel scismatico: vel excõmunicato. vel deposito.

Apostate religionum in apostasia suscipientes ordines. ¶ Celebrantes/seu participantes in diuinis scienter cum excõicatis publice ⁊ interdictis.

¶ Clerici q̃ scienter eligũt indignũ ad episcopatũ.

¶ Eligentes si intra octo dies ipsam electionẽ electis distulerint ꝓsentare.

¶ Judices ecclesiastici/qui contra iustitiam ⁊ grauamen alterius partis in iudicio quicq̃ fatiunt per gratiam vel per sortes.

¶ Religiosi q̄ concedunt alicui ad vitam: vel ad certum tempus: lucra: redditus: possessiones administrationis cui presunt.

¶ Fratres predicatores assumpti ad episcopatum vel alias prelaturas: si prius recipiunt munus cōsecrationis: q̄ resignēt ordī libros ꝛ alia que habēt

¶ Fratres predicatores perturbantes officium inquisitionis exercitatum per fratres mīores: ꝛ similiter minores si perturbant in hoc predicatores.

¶ Fratres predicatores ꝛ minores recipientes aliquē ad pfessionem ante annū pbationis elapsum.

¶ Religiosi qui decimas non percipiūt: si scienter mittant facere conscientiam cōtentibus decimis soluendis si fuerint requisiti.

¶ Conseruatores si de alijs: q̄ de manifestis iurijs ꝛ violentijs se intromiserint.

¶ Religiosi grauantes: vel fraudātes ecclesias circa decimas eis debitas: si requisiti nō desistunt: vel de vsurpatis emendam non fecerint.

¶ Doctor vel magister qui doctorat aliquem: nisi prius exigat iuramentum a doctorando: q̄ non expendet pro suo doctoratu: vltra summam trium milium turonensium argenteorum.

¶ Qui pro alienis debitis ecclesiam suam grauat aut litteras: seu sigilla concedit: quibus possint ecclesie obligari.

¶ Prelati non episcopi. qui ecclesias sibi ꝓmissas seu bona ipsarum subijciunt / aut supponunt laicis absq̄ cōsēsu capituli: ꝛ sedis apostolice licentia.

¶ Qui prohibiti audire leges vel phisicam si audiunt eas.

¶ De irregularitate.

IRregularitas est impedimentum canonicum: quo quis ꝓhibet ad ecclesiasticos ordines ꝓmoueri: ⁊ in eisdem ministrare Et contrahitur multis modis.

¶ Aliquando ex indebita celebratiõe: vel executione ordinum: vt cum quis excõmunicatus maiori vel suspensus: vel in loco interdicto celebrat: vel cum quis exequitur actum alicui⁹ ordinis sacri quem non habet solenniter.

¶ Contrahitur etiam propter homicidium vel mutilationem mẽbri: siue hec opere: siue mandato: aut consilio: vel defensione: siue iuste siue iniuste perpetrentur. ¶ Bigami quoq; omnes irregulares sunt.

¶ Dicitur autem bigam⁹: qui vxorem viduam vel corruptam duxit: et cognouit: vel propriam vxorem cognouit: postq̃ fuit ab altero cognita: vel duas habuit vxores ⁊ cognouit eas: etiam si alteram earum non poterat habere.

¶ Similiter cum quis in sacris cõstitutus vel post professionem in regula contrahit cum corrupta.

¶ Prohibetur autem bigam⁹ promoueri (quia diuisit carnem suam) ⁊ coniunctio coniugalis facta ꝑ ipsum non potest significare coniunctionem christi et ecclesie / qui est vnus sponsus immaculatus cum vna sponsa immaculata. Vñ irregularitas hec non tollitur ꝑ baptismũ: sicut irregularitas homicidij: quia baptismus non omnino soluit matrimonium Nam si ambo coniuges conuertantur ⁊ baptizent nõ possunt ab inuicẽ separari: et alijs matrimõialit coniungi. Immo si alter ipsorum baptizaretur altero in infidelitate permanente: sed volente fideli

cohabitare sine iniuria creatoris: ⁊ possit fidelis ab eo discedere non tamē potest alteri coniungi: vt infra dicemus. Itē qui ducit vxorem vilem mulierem vt puta ancillam ioculatricem: vel aliquā ex illis q̄ publicis spectaculis mācipantur: repellitur ab ordine ꝓpter dignitatem clericatus. Illegitimus q̄z propter detestationē paterni sceleris.

¶ Corpore viciatus qñ in eo est inhabilitas ad officiū exequendū: vel talis deformitas q̄ scandaluz et derisionem generaret: vel cū sponte et sine iusta cā quis est priuatus aliquo membro: etiā paruo: vl' occulto: secus si iniuste vel vi fuerit priuatus.

¶ Hereticus post pnīaz: qui fecit penitētiā solēnē.

¶ Qui distulit baptismū vsq̄ ad egritudinē. quem tunc suscipit timore mortis. ¶ Qui bis suscipit sacramentū imprimens characterem.

¶ Curiales nisi sint absoluti a curia. ¶ Obligatus alteri ad ratiocinia. ¶ Hermaphrodyt⁹ ꝓpter mōstruositatē. ¶ Seruus anteq̄ cōsecutus fuerit: plenā libertatē. ¶ Crimen q̄z non mediocre: puta adulteriū: furtū: fraudulentia: sacrilegiū: periurium: falsum testīoniū: et similia si est manifestum: per snīam vel ꝓpriam ꝯfessionem: vel ꝑ euidentiā facti: ita q̄ inficiationi nō sit locus: inducit irregularitatem.

¶ Infames quoq̄ tam de facto q̄ de iure repelluntur a promotione dignitatum: et ordinum.

¶ Quas autē penas incurrunt irregulares in suis ordinibus ministrantes: breuitati studētes hic tradere nō possumus. Confessoris autē officiū erit: cuz irregularē huiusmodi inuenerit quere in doctorib⁹ a quibus hec diffuse tractantur

¶ Interrogandus est etiam peccator si vltimā confessionem fecit cum ꝓposito relinquendi peccata: ⁊ seruiendi deo: quia si non fecit eam cū hoc ꝓposito: fuit fictus: et secundum veriorem et tutiorē opinionem tenetur iterare confessionem: quia nullum fuit sacramentum: ex quo non habuit primā et principalem partem que est contritio. Si tamē habuisset ꝓpositū deserendi pctā: et per confessionē satisfaciendi ecclesie: non tamen habuisset ita firmuz sicut oporteret: neq; habuisset veram contritionē credēs se illam habere: et satis debitam diligentiā in confitendo fecisse: licet non sufficienter: cum talis non sit expresse fictus: sed si saltē attritus: non tenetur iterare confessionem ꝑm sanctum Thomam alioquin sequerentur innumerabiles scrupuli. Quia nullus potest pro certo scire: an veram habuerit contritionem: nisi ex reuelatiōe. Sufficit ergo habere de hoc sufficientes coniecturas.

¶ Querat etiam ab eo si cōfessus est sacerdoti: qui non poterat eum absoluere: quia sic teneretur iterare confessionem.

¶ Similiter si sacerdos: cui ꝓfessus est fuit ita ignarus q̄ nesciebat discernere inter lepram ⁊ lepram tenetur iterare ꝓfessionē: nisi forte penitēs fuisset doctus in huiusmodi. Si em̄ non potuit ipm̄ absoluere: nullum fuit sacramentum. Nam in naturalibus forma indebite materie non vnitur. Si autē tam sacerdos q̄ confitens fuit ignar⁹: ꝓsumitur q̄ sacramentum non habuit suam perfectionē cum ad ipsū requiratur denudatio omniuz peccatoꝝ: distincta et conueniens satisfactio pro eis.

¶ Ultimo interrogandus est peccator: si venit cum ꝓposito mutandi vitam suam: et si volet de peccatis commissis firmiter ꝓponens in futurum cauere. Si enī in eo non appareant signa contritionis non est statim reꝛiciendus: sed patienter audiendus: et hortandus ad veram contritionem: quia sub manu confessoris: vt dicit sanctus Thomas sepe homo de attrito fit contritus. Si tamen in fine confessionis apparerent manifesta signa ꝙ non esset ꝯtritus: vt puta. Quando volet quidem de preteritis tamē hz ꝓpositum reuertendi ad ea: vel si nō habet expꝛes sum ꝓpositum reuertendi: tamen non vult vitare occasionem peccatorum mortaliuꝫ cum possit. Vel quando nullam omnino examinationē fecit de peccatis suis: vel adeo paruam: ꝙ nulla prorsus reputari possit: tunc non debet absolui: sed exhortari: vt melius consulat anime sue. Si autem non apparerent manifesta signa: ꝙ talis non sit contritus eligat confessor in dubio benigniorem partem inducens tamen eum per aliquam exhortationem q̄tū poted ad veram contritionem

¶ Postremo dicendum est ei: vt ipse per semetipsum dicat peccata sua: saltem aliqua: que memorie occurrunt: quia si nollet confiteri: nisi ea de quibus interrogabitur: ꝓponens animo etiam tacere aliquod mortale: si de eo a confessore non interrogabitur: non esset in bono statu: quia q̄tum est in se vult violare sacramentum penitentie. Si vero libētius vellet interogari: q̄ dicere per se ipsum cum ꝓposito tamen dicendi omnia mortalia peccata: quando nō interrogaretur: non est damnandus: sed ad-

tuuandus. Et dicendum est ei: ꝙ semper dicat peccata cum debitis circūstantijs: et presertim cum circunstantia: quotiens: vt scilicet dicat. Quotiēs peccatum eiusdem speciei iterauit: saltem secūdū grossam existimationem: quia in hoc hodie multi errāt Non enim potest aliter medicus infirmum sanare nisi ei vulnera detegantur. Maius vero vulnus in anima facit peccatum centies repetitum: ꝙ semel perpetratum et maiori vulneri debetur aliquanto fortior medicina.

¶ Explicit liber primus.

¶ Secundus tractatus de ordine quo examinandus est peccator.

Quoniam plenitudo legis est dilectio: vt dicit apostolus. Et dilectio est duplex scilicet dei et proximi: omnia precepta per duas tabulas distinguimus. Quarum prima continet precepta: que pertinent ad charitatem dei. Secunda autez ea que pertinet ad charitatem proximi. Quicunq; enim vult bene viuere in aliqua cōmunitate. Primo debet bene se habere erga principem illius cōmunitatis. Deinde erga con subditos suos. Et hinc possumus intelligere: quando aliquod peccatū est mortale: et quā do est veniale ex genere suo.

¶ Id enim quod est contra charitatem dei: vel primi est peccatum mortale. Nam charitas ⁊ mortale peccatum sunt contraria directe Quia charitas deum respicit: tanꝙ finem vltimum. Peccatum vero mortale ab hoc fine auertit hominē: et facit vt finez constituat creaturam. Verbigratia blasphemia est

ex genere suo peccatum mortale: quia cõtrariatur charitati dei: et similiter inuidia: quia contrariatur charitati proximi.

¶ Veniale vero peccatum ex genere suo dicitur illud quod non est cõtra: sed pter charitatẽ. vt inanis gloria de aliquo actu virtutis: quando in ea non ponitur finis est ex genere suo veniale: quia non est directe contra dei nec contra proximi charitatẽ: sed pter. Sicut si quispiã romã pficiscẽs diuerteret paululum a via recta: eundo per agrum: et tandẽ reuerteretur ad viam. Est etiam veniale peccatum id qđ ex suo genere est mortale: quando non habet suam pfectionẽ: quia videlicet nõ puenit vsq; ad pfectũ.

¶ Item quod ex genere suo est veniale potest effici mortale per aliquam circunstantiam aggrauantez in infinitum. Dicitur autẽ circũstantia aggrauare in infinitum: quando est directe contra aliquod preceptum obligans ad peccatum mortale / seu contra charitatem dei vel proximi. Et talis circunstantia dicitur trahere actum ad aliam speciem peccati et esse de necessitate confessionis: verbigratia. Comedere aliquid plus q̃ sit corpori necessarium est peccatum veniale. Si autem hoc fit ad luxuriam nutriendam: iam peccatum illud aggrauatur in infinitum quia meretur penam eternam: eo q̃ additur ei circũstantia: que est contra preceptum. Nõ mechaberis et trahit ipsum in aliam speciem quia iam est peccatum luxurie potius q̃ gule.

¶ Quando ergo peccator confitetur suum peccatum: considera statim si est ex genere suo mortale: an veniale: per ea que dicta sunt. Si est veniale: co

gita si habet aliquam circunstantiam aggrauãtem in infinitum: vel plures: quia omnes sunt de necessitate confessionis. Si autem est mortale ex suo genere: considera statim si habet suam perfectionem. Quia sic omnino est mortale. Et tunc etiam cogita si habet circunstantias trahẽtes ad aliam speciem vt puta si furatus est aliquid sacri: vt puta calicem: Quia sic non solum peccatum esset in specie furti: ꝫ etiam in specie sacrilegij. Similiter si actus est indifferens: quia scilicet potest esse bonus ꝛ malus: vt puta ornare se decenter: potest esse bonum et malũ. Interrogandum est quo fine hoc fecit: ꝛ considerandum erit circunstãtie: quibus potest actus trahi ad diuersa peccata. Maxime autem interrogandum est in huiusmodi de fine: quia finis dat speciem actibus moralibus. Per hec ergo poteris cognoscere peccata: quando sunt mortalia: ꝛ quãdo sunt venialia. Nam hac distinctione bñ intellecta: ꝛ preceptꝫ dei et ecclesie bene cognitis ꝛ memoratis facile poteris inuenire: quando vbi gratia curiositas sit veniale peccatũ ꝛ quando mortale. Et hoc idẽ intelligo de multis alijs: vt de choreis: de iactantia: de cõtentione: de hipocrisi: ꝛ similibus que ex fine: ꝛ alijs circunstantijs pẽsande sunt. ¶ Quia ergo deo sicut ꝛ cuilibet regi seu principi: tria debemus: scilicet fidelitatem: honorem ꝛ famulatum: Ideo prima tabula principaliter cõtinet tria p̃cepta. Ad q̃ possũt reduci omnia alia precepta que ad charitatez dei ꝓtinent. De peccatis ergo que sunt contra istam primam tabulam interrogandum est primo. Deinde de his que pertinent ad secundam.

¶ Cum ergo primum preceptum prime tabule pti neat ad fidelitatem/dicente domino. Exod. xx. Ego sum dominus deus tuus. Non habebis coram me deos alienos ꝛc. Contra hoc preceptum tribus mo dis potest homo peccare.

¶ Primo p infidelitatē. i. per negociationē fidei.

¶ Secundo per infidelitatem eo q̄ non seruat vota promissa. ¶ Tertio per infidelitatem eo q̄ p superbiam non seruat statum a deo sibi determinatū. Ar initium superbie est apostatare a deo.

¶ De istis ergo interrogandum est in p̄mo p̄cepto.

¶ De primo precepto.

¶ Circa primum preceptum notandum est q̄ fides est habitus: seu lumē intellect⁹ supnaturale: quo homo firmiter credit omnia/et que i sacra scriptura canonica manifestant: ꝛ omnia que ecclesia sancta catholica Romana determinauit ab omnibus indubitanter esse credenda. Quam fidem omnes tenentur hr̄e. Quia sine fide impossibile est placere deo. Ut dicit Apostolus Paulus.

¶ Primo ergo qui non credit sacre scripture vel ijs que sancta ecclesia determinauit: vel determinabit esse credenda: vel aliquem articulum fidei: ꝛ sacraꝝ scripturaruꝫ negauerit: vel dubitauerit: dubitatiōi ipsi assentiendo: quia omnes tenentur ista credere: ꝛ firmiter eis inherere.

¶ Item qui disputat de fide. aut q̄uersatur cū infidelibus cum expsso anime sue/ ꝛ proximi periculo: quod prudētia confessoris iudicabit/peccat mortaliter: quia agit contra charitatē non curans de sua

et proximi salute. Est etiam ab ecclesia prohibitum comedere: cum iudeis ⁊ bibere: ac se balneare in eodem balneo cum eis ⁊ curari ab eoꝝ medicis. ⁊ tunc videtur esse mortale: quādo homo monitus nō vult ab eo desistere: quia tunc apparet ꝙ firmat animuz contra preceptum ecclesie. Et propter eandem rationem peccat mortaliter quandò nō ignorans preceptum ipsum contēnit expresse: vel etiam interpretatiue dum scilicet non curat de eo. sed sequitur propriam voluntatem. ¶ Votum.

QIrca Votum autem. Si bene intellexeris diffinitionem / erit tibi facile soluere oēs casus eius. Diffinitur autem sic: votum ē promissio facta deo de meliori bono. Abinota ꝙ ad pmissionem requiritur deliberatio et propositum. Quibus non aduenientib⁹ non potest dici promissio neq; votum. Deliberatio autē est: Quando homo cogitat si vult vel expedit ei facere votum ⁊ tandem si vult facere votū cogitat qō votum debet facere. Postq; autem de vno voto cogitauit: si proponit se velle illud facere tunc est in secundo qō requiritur ad votum. id est in proposito nondum tamen est votum. Sed quando facta deliberatione et ꝓposito pmittit deo illud quod deliberauit ⁊ proposuit: tunc est votum / siue hoc voce exprimat siue non. Et ideo nota: que in angustijs fiūt. vel ex animi leuitate: si subito ex aliqua passione intellectum obnubilante: ⁊ indeliberate fiant non tenent. Secus si cū deliberatione etiaz in breuissimo tempore adueniente facta essent / Nam deliberatio cū sit actus mentis potest citissime fieri vūmodo ra

tio sit libera. Et hic requirit prudentia confessoris: considerans diligenter oibus circumstantijs.

¶ Secundo nota/q̄ cum votum sit promissio: et nemo possit promittere quod non est in sua potestate: siquis promisit non suum: non est obligatus nisi ille consentiat: cuius est id. quod promittitur. Ideo vota religiosorum non tenent. Et hec est verior opinio q̄uis quidam dicant/q̄ possunt facere quedam vota orationum vel quedam que non impediunt obedientiaz. Quia religiosus nec aliquod tempus nec seipsum habet in sua potestate/et nemo potest promittere quod non est suum. Ita tenet sanct⁹ Thomas. Similiter nec vota seruorum/nec coniugum: nec filiorum familias valent: quādo promittunt ea que non sunt sui iuris. Sed eorum in quorum potestate sunt: vt cum promittūt facultates patris vel domini sui. secus si promittunt castitatem deo post annos pubertatis. Oportet enim q̄tum spectat ad ꝓpositum semper considerare: si ille qui vouit promisit id quod est in sua potestate: quia tunc votum tenet. alioquin nihil valet votum nisi consentiat dominus rei.

Ideo si coniunx fecit votum castitatis: sine consensu viri: vel vir sine consensu vxoris non tenet. Quia vt dicit apostolus vir non habet potestatem corporis sui: sed mulier. Nec mulier habet potestatē corporis sui. sed vir.

¶ Tertio nota q̄ hec promissio pōt fieri dupliciter scilicet cum ꝓditione et simpliciter sine conditione Si ergo fiat cū conditione/si non aduenias ꝓditio: non obligat: quia conditionalis non ponit in esse.

Si autem aduenīat conditio/obligat ex precepto.
¶ Quarto nota q̄ cum votū sit actus latrie ꝑprie ad deū solum pertinet. Cum ergo sanctis fiunt vota intelliguntur facta deo: vt sancti orent pro ipsis vo uentibus. Ideo omnis trāsgressio voti est peccatū mortale: quia si promissio facta hominibus obligat multo magis promissio facta deo obligabit
¶ Item nota q̄ cum dicitur de bono. votum non est cū sit de malo: et ideo non obligat tale votum/quin imo peccat vouens. Unde qui facit votū ꝓmittēdo facere aliquod peccatum mortale: mortaliter pec= cat. Et similiter credo illum peccare mortaliter qui facit votū peccandi venialiter. Quia promittit id qd̄ malū est/hoc autē est magnā irreuerentiā facere deo. Qui autē facit votum non facere aliquod spi= rituale bonum ad qd̄ alias non tenetur non leuiter peccat sicut si aliquis faceret votū non intrandi re= ligionem aut non acceptandi prelaturam: vel non p̄dicandi. Et ratio est. Quia firmat animū ad nō fa ciendum illud bonū ad qd̄ fortasse spūs sanctus ipz inducet vel etiam obligabit
¶ Nota etiam qd̄ dum dicitur de meliori bono per melius bonū intelligitur illd̄ bonū ad qd̄ alias nō obligat. Qui ergo fecit votū promittendo seruare aliqua precepta ad que pu⁹ tenebatur: vt sunt pre cepta iuris diuini et naturalis: nullū fecit votum. Quia votū est de meliori bono: ad quod hō alias nō tenetur. ¶ Nota vero stulta: vt de non pectinando caput feria sexta: vel sabbato vel de nō comedendo caput piscis: vel aliquod huiusmodi: potius sūt ir=ridenda q̄ seruanda. Quia bonum de quo est votuz

debet cedere in honorem dei: vel saltem anime pro-
prie aut proximorum.

¶ Item nota q cum votum sit promissio facta deo: nullus homo potest dispensare: aut cōmutare vota: possunt tamē prelati ecclesie iudicare et declarare votum ipsum quandoq; non tenere in aliquo casu consideratis conditionibus persone et temporis: ⁊ aliorum que ad hoc requiruntur. Maxime autē debet considerari intētio vouētis quia forte non intendebat se in quocunq; casu obligare: quod etiaz si intēdisset votum fuisset indiscretum. Et ideo in casu i quo vouēs si eum preuidisset non se obligasset: pōt facile declarare p̄latus: q votum non teneat: et ipz dispensare. Quādo ergo iudicant prelati istis cōsideratis votum non obligare: dicuntur tunc dispensare. Unde dispensatio facta sine legitima causa: vl que est qua impediretur maius bonū ex obligatiōe voti: vel sequeretur aliquod malum / non est dispensatio sed dissipatio: ideo sic dispensatus: sicut prius ita et post remanet obligatus.

¶ Similiter cōmutatio debet fieri p equalia considerata tamen ꝓditione persone ⁊ facultate: et alijs que ad hoc requirūtur: vt puta si quis habet votuz peregrinationis: et cōmutari oportet debz ille talis errogare pauperibus: vel in aliquod pium op⁹ expendere tantū: q̄tum expēdisset secūdū conditionē suam eundo stando et redeundo: et pro labore itineris iniungenda sunt ei ieiunia et orationes.

¶ Istis ergo sic notatis: facile poteris soluere oēs casus quos ponunt iura / et doctores in libris suis. Quia et ipsi huiusmodi fundamentis innituntur.

¶ Incipit prima interrogatio de peccatis.

¶ De superbia.

Superbia est inordinat⁹ appetitus excellentie. Inordinatus autem dicitur quia egreditur regulas a deo prefixas: vt puta quia homo non est contentus de statu suo inferiori: sed inordinate querit ascendere: vel vult in alto statu supra virtutem suam permanere: non curans de inordinationibus diuinis. Et est peccatū mortale ex natura sua. Potest tamē esse veniale scōm primos motus: sed si homo nullo modo curat de ordinationibus diuinis vel dedignatur subijci eis vel nollet deum ipsum posse cohercere vt consequi posset excellentiā quam desiderat: et mortaliter et grauiter peccat.

¶ Habet autem superbia quattuor species videlz.

¶ Prima species est cum homo existimat id quod habet non se habere a deo: sed a seipso et a ꝓpria virtute. Et si hoc expresse existimat peccat mortaliter: et est hereticus. Quidam tamen ꝯuis dicant omnia se habere a deo: tamen vix nunq̄ vel raro hoc cogitant: et ita de propria virtute: et propriis operib⁹ inflantur: ac si non hec omnia recepissent a deo. Verum difficile est videre qñ hec eorum superbia sit peccatum mortale: signum tamen q̄ sit peccatum mortale est: quando laudes hoīm semper reto quent ad seipsos: et nunq̄ vel rarissime referunt eas ad deum: vel quando in se ipsis ita gloriantur: vt nunq̄ reuocent animū ad deum.

¶ Secunda species est: quando homo ea que habz credit quidem se habere a deo: sed ex propriis meri

tis. Et in hoc multi subtiliter decipiũtur. Sed difficile est etiam videre hic quando sit mortale.

¶ Tertia species quãdo homo ita tumet/ vt existimet se habere quod non habet: vt cum existimat se doctum: vel sanctum: vel idoneum ad aliqua officia cum in omnibus decipiatur. Ex qua specie nascitur presumptio secundus quam poteris habere signa: qñ est peccatum mortale transgressio superbie huius speciei: vt puta si quis existimaret se idoneũ ad regẽdas animas: vel aliqs ignarus doctor legũ ad defendendas causas difficiles: vel medicꝰ insciꝰ ad curandas infirmitates graues: ⁊ sic de aliꝭ officiꝭ vbi imminet periculum alicuius: maxime autem periculum animarum quia sic apparent signum superbie: que esset peccatum mortale maxime quando se ingerunt ad hec officia et opera. Tunc enim expresse videntur mortale.

¶ Quarta species est cũ quis appetit singulariter apparere despectis ceteris. Et ex hac nascitur inuidia. Ex qua poteris videre: quando hec species est peccatum mortale. Nam quando videbis qꝫ homo ita appetit singularitatem: qꝫ nõ vult aliquẽ superiorem: vel equalem et tristatur de excellentia aliorũ: ⁊ querit obfuscare famam eorum: tunc signum est qꝫ peccat mortaliter secundum hanc quartam speciẽ.

¶ In huiusmodi tamen iudiciꝭ vbi nõ apparet expresse peccatum mortale: non facile est precipitanda sententia. Oportet enim confessorem committere multa deo qui solus est spirituum ponderator/ ⁊ affectiones interiores ipso solus perfecte cognoscit.

¶ Debis qui contrariantur secundo precepto.

Contra secūdum preceptum quod est de honore diuino potest dupliciter fieri vel indirecte scilicet per inanem gloriā: per quā sibi homo vsurpat honorem quē deberet ad deum referre: vel directe / ⁊ hoc dupliciter: scilicet vel per facta ⁊ hoc modo ꝓtrariatur ei sacrilegiū: vel per verba: ⁊ hoc quoq; dupliciter: vno modo generaliter per quālibet dei vanam nominationem. Alio modo specialiter cōtra aliqua specialia attributa diuina. Et hoc tripliciter / nam contra potentiam que attribuitur patri est adiuratio: contra sapientiam autem ⁊ veritatem que attribuitur filio est periurium. Contra bonitatem vero que attribuitur spiritui sancto est blasphemia.

¶ Interrogandus est ergo peccator si assumpsit nomen dei in vanum generaliter: vt puta despiciendo irridendo vel alio modo turpiter nominando deum: vel sanctos: vel sacrā scripturam: vel diuina officia ⁊ missas / qr sic peccauit mortaliter. Quādo aūt nō multum irreuerenter alias nominat deum: vel sanctos seu sacram scripturā / ⁊ cetera sacramēta ecclesie ex quadam leuitate / est veniale. Vbi ergo nō apparet expressus contemptus. neq; magna irreuerētia sēper iudica esse veniale peccatum.

¶ Secundo interrogandus est de blasphemia: que est derogatio excellentis bonitatis dei: vt cū videlicet tribuitur deo / quod ei non conuenit: vt cum dicitur ꝙ est iniustus: vel negatur ab eo quod ei conuenit. Vt verbigratia. cum negatum ipsum habere prudentiam de hominibus. Et est peccatū mortale

ex genere suo: quia est cõtra charitatem dei. Venia le autem esset ex surreptione: vt quando homo nescit quid dicat: sed fugit verbum dei de ore ei?. Potest etiam blasphemari deus in corde tantum sine voce: et hoc dupliciter. scilicet vel intellectu tantum vt cum quis credit deum non esse trinum: vel esse iniustum: vel aliquid huiusmodi. Unde omnes heretici blasphemant deum: vel affectu tantum: vt cum quis ex ira aut alia passione: ita dicit in corde suo: sicut damnati: vel intellectu ⁊ affectu: vt cũ quis habet falsas opiniones de bonitate diuina et ex impetu passionis deum blasphemat.

¶ Interrogandus est etiam de blasphemia in spiritum sanctum: vt puta si desperauit de misericordia dei: vel si nimium presumpsit: aut si inuidit vel doluit de multiplicatione gratie diuine ⁊ bonorum hominum vt licentius posset peccare: aut malitiose cõtradixit veritati: aut non penitere statuit de preteritis peccatis: aut firmat se obstinate perseuerare in futuris.

¶ Sex enim sunt blasphemie in spiritum sanctũ videlicet desperatio: presumptio: Inuidentia fraterne gratie: impugnatio veritatis: impenitentia ⁊ obstinatio: que omnia sunt mortalia peccata ex genere suo et grauissima: quando habent suam plenitudinem seu perfectionem. i. expressum consensum: qz sunt expresse contra charitatem dei ⁊ proximi.

¶ Tertio interrogandus est penitens de periurio. vbi nota q iuramentum est inuocatio diuini testimonij ad aliquid confirmandum vt tollatur cõtrouersia. Et quia deus super omnia est excelsus nõ est vo

endus in testimoniū ꝓ leui causa. Qui ergo leuiter iurant. semper peccant: non tamen semper mortaliter: ⁊ quia deus est summa veritas: non est vocādus in testimonium falsitatis. Et ideo qui iurat nō dicium quodcunq; sit illud: siue paruū siue magnū quocunq; etiā iuramento siue dicat per fidē: sine dicat per crucem: vel alio modo quando aduertit se iurare falsum peccat mortaliter. Secus si ex inconsideratione iuraret. Debet etiam q̄ iurat aliq̄d futurum habere intentionem faciendi illud verum. Aliter iurando se facturum quod non intendit facere peccat mortaliter. Et quicūq; iurat: vel sub iuramēto aliq̄d ꝓmittit. tenetur seruare iuxta posse suum quod ꝓmisit ꝓpter honorem dei. Qui fuit in testē vocatus: nisi postea appareat: quod vergit in detrimentum salutis eterne.

¶ Similiter q; deus est summe bonus: nō debet vocari in testimoniū rei alicuius illicite: ⁊ ideo q̄ iurat facere aliquid illicitum: etiam si sit peccatum veniale peccat mortaliter ꝓpter magnam irreuerentiam quam facit bonitati dei.

¶ Grauiter etiam peccat: ⁊ forte mortaliter: qui iurat se non facturum aliquod bonum: q̄uis ad illud non teneatur: sicut dictū est supra de voto: ⁊ ideo talia iuramenta non sunt seruanda. imo qui iurat se facturum aliq̄d illicitum statim est periurus ⁊ mortaliter peccat. Iuramentum enim debet associari a iudicio discretionis: ⁊ iustitia ⁊ veritate: sicut scriptū ē Hieremie. iiii. capi. Et iurabis īquit viuit dominus in veritate: ⁊ in iudicio: ⁊ in iustitia. Et nota q; non potest dispensari in iuramento sine legitima causa:

vt diximus etiam ſuperius de voto. Et diſpenſatio pertinet ad epiſcopum ſcdm ſanctum Thomam in ſcda ſecūde queſt.lxxxix.ar.ix.

¶ Quando eſt dubium an ſit licitum an illicitum: proficuum an nociuum.

¶ Quando vero eſt licitum: apparet tamē eſſe impeditiuū alicui⁹ magni boni: diſpenſatio ꝑtinet ad papā: lz q̄dā dicāt: ꝙ etiā epi in hoc pñt diſpēſare.

¶ Quarto iterroga de adiuratione. Adiurare autem eſt aliquem ad aliquid obligare per reuerentiam noīs dei vel alicuius ſancti.

¶ Si quis ergo non ſubditum ſuum adiurando intendit obligare per reuerētiam nominis dei: ad aliquid ſicut obligatur quis per iuramentū: puta q̄aſcit illum tantam reuerentiam habere ad deum vel ad virginem mariam ꝙ nullo modo adiuratus per nomina eorum non faceret quod poſtulatur: videt̄ mortaliter peccare: cum vſurpet ſibi poteſtatē quā non habet. Secus ſi non intenderet ipſuz obligare: ſed per nomen domini rogare

¶ Quinto interroga de ſacrilegio: qd̄ eſt violatio rei ſacre vel loci ſacri: vel perſone ſacre: vt cum furtum committitur in eccleſia vel frangit̄ locus ſacer vel percutitur perſona ſacra: et eſt mortale cōmuniter. Poſſet autē eſſe veniale in rebus paruivaloris vel in percuſſione leui: et ſimilibus.

¶ Sexto et vltimo interroga de inani gloria: que eſt inordinatus appetitus glorie humane que vana eſt: et eſt peccatum veniale ex genere ſuo: quia non eſt expreſſe contra charitatem: ſed potius preter eam. Poteſt tamē eſſe etiaz mortale: vt ſi quis

gloriam de aliquo quereret quod esset cõtra honorem dei: vt puta de aliquo peccato mortali: vel quãdo in ea finẽ vltimũ constitueret quis vel cũ profert deo illud de quo gloriatur vel etiã cum testimoniũ hoim profert testimonio dei ꝛc.

¶ De contrariantibus Tertio precepto.

TErtium preceptũ est partim morale partim vero cerimoniale. In q̃tum est morale precepit: vt exhibeatur debitus cultus deo. In q̃tum vero est cerimoniale partim est negatiuum: vt cum precipit: q̃ in die festo nõ fiat opus seruile: partim est affirmatiuum vt cuz precipit q̃ in diebus festiuis audiatur missa: et q̃ deo exhibeatur cultus secundũ determinationẽ a deo factam: vel semel ipsuz in sacramentis: vel per instructionẽ apostolorum: vel per statutum ecclesie vel consuetudinem eius.

¶ Vt ergo ordinate procedamus incipiendum est ab his: que contra hoc preceptuz fiunt in q̃tum est morale: in q̃tuz enim est huiusmodi: precipit primo interiorem cultum per deuotionem: orationem contemplationem: gratiarum actionem: et diuinaz laudem: de quib⁹ omnibus potest peccator interrogari sicut expedit.

¶ Nota ergo q̃ preceptum affirmatiuum non obligat ad semper. Et ideo q̃uis cuilibet precipiatur: q̃ per predictos actus exhibeat cultum deo: nõ tamẽ alicui precipitur q̃ semper id est singulis horis vel momentis hoc faciat: vnde non peccat semp homo qui hoc non facit. i. non peccat semp homo cum non orat: vel non contemplatur: vel non laudat deum:

vel non ei gratias agit

¶ Difficile est autem cognoscere: quando peccatur in horum omissione maxime mortaliter. Quamuis mortale esset peccatum quando quis firmaret animum ad omnino non exhibendum talē cultum interiorē deo iuxta suam possibilitatem: vel quando cōtēneret ipsum qui affirmaret animum contra precepptum dei. ¶ Posset etiam tanta esse negligentia q̄ esset quidam contemptus interpretative ꝛ sic esset mortale. Sed cognoscere hoc est valde difficile: cōmuniter tamē est veniale. Quia aūt predicti actus id est contemplatio ꝛ meditatio: laus dei ꝛ gratiarū actio: vel precedunt orationem vel sequuntur: sufficit seculares maxime rudes interrogare solum de oratione an scilicet faciant aliquam orationē: nec os arguere de negligētia. Clerici vo interrogandi sūt de horis canonicis quando sunt in sacris: vel cū habent beneficium vel dignitatē: ꝛ similiter religiosi professi: ꝛ religiose professe quia dimittendo aliquā horam sciēter peccat mortaliter: nisi infirmitas: vl alia magna: ꝛ iusta causa seu necessitas impediat.

¶ Monicij etiā scōm opinionē quorundam vidētur obligari ad officium cum comedant panē alienum: non tamē iste stricte sicut professi. De eis tamen nō est precipitanda sententia: sed bene debent hortari ad dicendum totum officium

¶ Interrogandus est postea peccator de precepto inquantum est cerimoniale. Et primo interrogandus est de ieiunio: quod est quoddam preparatorium et quedam dispositio ad diem festum deuote celebrā du. n. Et fit hoc modo: videlicet comedendo tantuꝫ

semel in die hora nona: nec prope: nec illa die debet comedi carnes vel lacticinia: nec ouа: nisi vbi fuerit talis consuetudo: potest tñ homo pluries bibere: et ꝓpter hoc introducta est consuetudo vt vesperi ne vinum noceat modicū quid comedi possit. ¶ Quia illud non sumitur per modum cibi: sed potius ꝑ modum medicine. ¶ Quilibet ergo transacto tertio septennio tenetur ieiunare in diebus ab ecclesia institutis: per preceptum ipsius vl̄ per vniuersalē consuetudinem.

¶ Et quotiens his diebꝰ quis nō legitime impeditus non ieiunat: vel disponit firmiter non ieiunare totiens peccat mortaliter. ¶ Legitimū vero impedimentū est: vt cum quis est infirmus: vel mulier pregnās vl̄ lactans filiū: si non posset ieiunare sine magno detrimēto prolis. ¶ Non enī intendit ecclia ꝑ ieiunium impedire alia bona: vel detrimenta magna corporibus aut rebus inferre. ¶ Ideo si q̄s est paup: et laboret et non pōt simul ieiunare ⁊ laborare: nec pōt diminuere laborē ꝓpter paupertatē non tenet ieiunare. ¶ Posset etiā quis aliqua alia iusta cā a ieiunio excusari. ¶ Huiusmodi ḡ legitima impedimēta prudētia et scientia boni cōfessoris iudicabit.

¶ Secundo interrogandus est de operibus seruilibus: vt si fecit opus seruile in die festo per preceptū ecclesie: vel vniuersalē consuetudinē eius vel precepтum episcopi cum clero et populo: quia si est quid notabile peccat mortaliter: nisi forte necessitas cogat facere illud: vt cū quis ꝓpter inundantiā aquarum colligit segetes: vel ꝓpter magnam necessitatem oporteret eum itinerare: vel ꝓpter necessitatē

pauperum seu magnā vtilitatē ecclesie vel rēpub. ita tamen q̄ non potest diem festum preuenire: nec opus post festum differre sine magno dispēdio. Nō enī est de intentione ecclesie in talibus casibus quē q̄ obligare ad non laborandū: Unde e si etiam faciat aliquis modicum quid nō peccat mortaliter. ¶ Eū tes autem ad nundinas consuetas: si emant sibi ne cessaria. immo etiam qui vendūt non condēnantur de pctō mortali: ex quo prelati hoc sciunt ꝛ tolerāt. ¶ Bonum tamen esset retrahere homines ab hmōi quidam autem putant opus seruile quod est pecca tum: includi in hoc precepto secundum sensum litte ralem. Et ideo dicunt q̄ circunstantia festi est de ne cessitate confessionis: ita q̄ homo tenetur cōfiteri si fecit tale vel tale peccatum in die festo.

¶ Sed mihi videtur q̄ q̄uis sit bonum semper cōfi teri peccata cum hac circunstantia tamen non est de necessitate confessionis: nec includit in hoc pcepto nisi mortaliter. Stultū enī videtur phibere pctā in die festo cū semper sint phibita. Prohibet ergo hoc p̄ceptum solum opa seruilia: nō ea que sunt semper phibita: sed ea tantū que alias fieri possunt. Unde in libro exō. xx. cap. dicit: Memento vt diē sabba ti sanctifices. Sex diebus operaberis: ꝛ facies oīa opera tua. Septima autem die sabbatum domini dei tui est. Non facies omne opus in eo ꝛc. Non enī diceret sex diebus operaberis et facies oīa opera tua si in illis optibus includerentur etiam peccata maxime cū dicat omnia opera tua. Qui enim dicit omnia: nullum opus excludit. Quādo ergo ab ali quibus doctoribus exponitur hoc p̄ceptum de ope

re peccati intelligendum est illam esse expositionē mozalem non litteralem.

¶ Tertio interroga si non audiuit missam vel non fuit presens dum missa celebraretur i die festo de p̄cepto: quia quilibet tenetur audire legitimo impedimēto cessante: Et qui non audit eam peccat mortaliter: Grauiter etiam peccat: qui dimissis officiis diuinis: r predicatione in die festo aliis vacat non tamen iudicatur mortale. ¶ Verum nō video quomodo possimus excusare a mortali eos qui dimissis diuinis officiis: r p̄dicationibus totam diem expendunt in vanis lusibus: r aliis nugis vnde se inuoluunt in multis peccatis. Sunt igitur isti tales acriter reprehendendi: r prohibēdi ne talia faciant maxime in ecclesiis: sicut faciunt mulieres que omnes vanitates deferunt ad ecclesias: Et viri similiter omnia turpia deferunt in ecclesias: Et ibi cōmittunt multa peccata mortalia: Et iō si ab huiusmodi nolunt desistere non sunt absoluendi: quia non sunt vere contriti. ¶ Et quia cultus exterior principaliter consistit in administratione r vsu sacramentorū ideo de tali cultu sunt etiam interrogandi peccatores: secundum tamen statum r conditionem vniuscuiusq;. Et primo de baptismo q̄ est primum sacramentum: r ianua aliorum.

¶ De baptismo

Baptismus em̄ ē ablutio facta p̄scripta forma verboz vel secūdum Augustinū: Est tinctio in aqua verbo vite sanctificata Aqua ergo vera: nō rosacea: aut alter stillata est materia baptismi: Forma

autem hec est Ego baptizo te in nomine patris et fi
li et spiritus sancti.

¶ Interroga igitur sacerdotes: si recta intentio-
ne secundum ritum ecclesie baptisauerunt maxi-
me quo ad prolationem forme: et secundum modū
et qualitatem erroris iudicabis de mortali et veni
ali. Quia si reliquit scienter aliquid quod est de essē
tia: vt puta aliqō verbū forme: vel addidit aliquid
quod mutabat sensum: vel taliter corrupte verba
protulit: q̄ non seruabant sensuz/ vel in aqua rosa-
cea seu stillata baptizauit peccauit mortaliter. Et q̄
sic fuit baptizatus ab eo: est iterum rite baptizan-
dus: quia ille non fuit baptismus. Similiter si scien
ter iterauit baptismū/ etiam quando nutrix vel alī
us iam baptizauerat puerū timens de periculo pec
cauit mortaliter: quia fecit iniuriam sacramento: ⁊
est deponendus secundum canones: Si noluit ba-
baptizare nisi dato sibi precio est simoniacus: ⁊ pec
cat mortaliter. Nec debet aliquis dare aliquod pre-
cium pro sacramento baptismi: consuetudo tamen
seruanda est circa que solent libere ⁊ gratis offerri.

¶ Si non contritus de preteritis mortalibus: sed
in ꝓposito peccati mortalis qui baptizaret: maxi-
me solenniter nisi in casu necessitatis cōmuniter te-
netur q̄ peccat mortaliter quia sanctum non sacte
tractauit: et se sanctitatis ministrum sine sanctita-
te exhibuit. Et similiter qui ab excōmunicatis sus-
cipit baptismum: vel a scismaticis: et precisis ab ec-
clesia. Et quamuis omnis homo mundi possit ba-
ptizare etiam si sit paganus: vel iudeus dūmodo in
tendat facere: quod intendit ecclesia tamen non ni-
si in necessitate: debz quis baptizare: si non est pres-

byter qui hoc habeat officiuz/nec aliquis debet baptizari:nec facere alterum baptizare ab alio q̃ a tali presbytero. Aliter qui facit contrarium videtur peccare mortaliter vsurpando sibi potestatem/quã non habet.non cogente necessitate vel communicãdo cum eo:qui talem sibi potestatem vsurpat.⁊ dando ei occasionem peccandi. Unde mulier etiam in necessitate non debet baptizare presente viro: nec laicus presente clerico:nec minor clericus presente maiori in ordine.

¶ Interroga etiam viros:⁊ mulieres: si fecerunt rite baptizare filios suos vel si fecerunt rebaptizare: quia si sic peccant mortaliter: ⁊ sunt excõmunicãdi Et mulieres si sine necessitate baptizauerunt pueros. Et quando in necessitate baptizauerunt ĩterroga eas si seruauerunt formam vt scilicet immergendo in aquam vel aspergẽdo aquam si dixerũt. Ego te baptizo/in nomine patris/⁊ filij/⁊ spiritꝰ sancti. vel vulgari sermone. Je te baptize ou nom du pere et du filz et du saint esperit.

¶ Interroga etiam si leuauit de baptismo propriũ filium vel filiam:vel filium vxoris sue scienter ⁊ nõ in casu necessitatis:quia sic non posset petere debitum ⁊ ita intellige de vxore erga virum.

¶ De sacramento confirmationis.

Confirmatio ⁊ si nõ necessaria oĩno ad salutem:contẽptus tamẽ eius est dãnabilis. Et a solis episcopis cõfert ex officio. Et q̃ iterat hoc sacramentũ peccat mortaliter. Interroga ꝯ si nimis tardauit: ita q̃ adhuc non sit ꝯfirmatus. Quia est magna ne-

gligentia: et si nollet confirmari. non debet absolui Et similiter si tardauit quis facere cõfirmare filios suos. In confirmatiõe autẽ si vir tenet vxorem vel vxor virum: vel filium vxoris. aut vxor filium viri/ seu etiam filios suos propios: vt dictum est iam superius de baptismo: perdunt ius petendi debitum dz tamen reddere exactus.

De sacramento penitẽtie.

Sacramentum penitentie hz tres partes Prima est contritio. Secunda cõfessio. Tertia satisfactio.

¶ De cõtritione interroga qñ recordat9 est pctõrum suorũ sub hac ratione: qua sunt dei offensa: ita q̃ pscientia dicat ei. Ecce q̃tũ offendisti. ꝛc Si non voluit vel nõ displicuit ei talia perpetrasse grauiter peccauit: et pot9 mortaliter q̃ venialiter huis nõ sit precipitanda sñia: sed diligenter pensãdum cur non displicuit ei offensa dei: an ex quadam negligẽtia: an ex malitia. maxime qñ sunt pctã: de ꝯbus nunq̃ fuit contritus nec cõfessus: quia tenet querere salutem suam et dolere de offensa dei: maxime tunc qñ modo predicto occurrũt pctã. Hec em est spũs sancti inspiratio. cui homo non dz repugnare: sed assentire. Secus esset si occurerent pctã non sub ratione offense/ sed ꝓpter aliã causam vel si iam fuisset contritus: et confessus: q̃uis sit difficile imo videtur impossibile q̃ ille qui est semel vere ꝓtritus et cõfessus habeat memoriã suorum peccatorũ sub illa ratione ꝛ non statim doleat: vel ei offensa dei nõ statim displiceat: non tamen oportet flere vel habere dolorem sensituum: sed displicentia voluntatis videtur satisfacere.

¶ Quicunq; exhibet se ministrū ecclesie solemnez vt in baptizando: confessiones audiendo. Diaconatus vel subdiaconatus officium exercēdo: predicando: vel aliquid huiusmodi faciendo. si est in peccato mortali et non conteritur ante maxime occurrēdo sibi tunc ꝙ in peccato mortali. Ego credo saluo sēp meliori iudicio: ꝙ peccat mortaliter licet non teneatur actualiter cōfiteri. Quia temerarie exercet officium sanctitatis sine sanctitate

¶ Confessio vero sine contritione: quādo homo penitus est fictus puta quia proponit cōfiteri: sed nō relinq̄re peccata non valet ⁊ q̄ hoc facit peccat mortaliter. Si autē dolet sed non hz dolorē sufficientez ad cōtritionē valet q̄ tū ad hoc/ ꝙ non tenet iterare ꝯfessionē vt dictū est supra et nō peccat mortaliter

¶ Nec videtur valere quando confitetur quis valde grosse nec a ꝯfessore adiuuat: vt quando q̄s non examinauit conscientiā suam: vel dicit peccata sed non dicit quotiens iterauit illa sicut hodie frequenter fiunt confessiones ab ignorantibus

¶ Accedens etiā ad cōmunionē vel ad alia sacramenta habēs aliquod mortale peccatū de quo non est contritus et confessus actualiter/ videtur mortaliter peccare ꝟm Petrum de palude. Similiter quilibet constitutus in periculo mortis: vel ꝓpter infirmitatē vel accessurus ad bellū vel nauigaturꝰ cū periculo mortis tenet ante confiteri.

¶ Qui dicit mendacium in ꝯfessione de his que ad ipsam confessionem pertinēt: videtur peccare mortaliter. Quia irreuerentiam facit sacramento: vt si negat se fecisse: quod fecit malitiose: vel dicit nō ha-

beo plura peccata: et mentitur: ⁊ similia. Alia vero mendacia: que ad cõfessionem nõ pertinẽt dummodo non sint perniciosa: non puto esse mortalia. licet sint grauia venialia in tali loco. Qui dubitat verisimiliter de aliq̃ peccato an sit mortale an veniale: dz illud confiteri: aliter committit se periculo permanendi in peccato mortali: et sic videtur mortaliter peccare: sicut etiaz peccat mortalr̃ q̃ aliq̃d cõmittit qd̃ dubitat esse peccatuz mortale/nisi forte dubitatio scrupulosoꝝ: que scilicet procedit ex defectu iudicij. Et q̃uis conscientia erronea liget debẽt tamẽ scrupulosi ad consilium aliorum deponere eã/et sequi iudicium prudentium in hac materia (etiã si insurgant motus ꝯtrarij quibus ad dubitandũ instigantur) et eorũ determinationib⁹ acquiescere.

¶ Si quis confitendo narrat peccatum alterius ⁊ malitiose vel imprudẽter infamat proximuz de aliquo graui peccato peccat mortaliter: nisi aliter nõ posset suum peccatũ cõfiteri: in quo casu si posset deberet mutare confessorem: vel nisi hoc faciat ex charitate vt confessor possit eũ reprehendere vel saltez pro eo orare possit: quando scilicet alias cõfessor est bonus et prudens vir. ¶ Quilibet autẽ debet confiteri proprio sacerdoti. vel his qui super hoc habẽt priuilegiũ: vt sunt fere oẽs religiosi hodiernis temporibus. Posset autem in aliquo casu quis cõfiteri alteri q̃ proprio sacerdoti: vt si propri⁹ sacerdos esset omnino indiscretus. vel hereticus vel non sufficienter doctus vel ad malũ sollicitans: vel fragilis ad peccandũ: cũ audit aliena peccata: vel probabiliter existimat̃ q̃ sit reuelator cõfessionis: vel qñ

peccatum est ꝓtra cuiꝰ commissum aut ꝓbabiliter timet sibi periculꝫ euenturum si confitetur ei.

¶ In his casibus petat ab eo licentiã confitẽdi alteri: quam si non vult ei dare recurret ad superiorẽ Quod si non potest cõfiteatur alteri in tali casu qꝛ ecclesia ipsum dispensat vt patet in cap. placuit. de pe. di. vi. ⁊ si hoc etiã non potest vt sepe accipit in religiosis: confiteat ꝓprio sacerdoti seu prelato suo in cõmunit et in generali. maxime pctã de quibꝰ posset scandalum oriri: et sufficit quia in tali casu est ac si non haberet copiam cõfessoris.

¶ In casu vero mortis põt quilibet cuilibet sacerdoti confiteri: et a quolibet sacerdote absolui nõ obstãte quis vllo modo etiã in casu mortis confiteri excõmunicato vel scismatico. vel heretico: qꝛ si alium habere non põt sufficit contritio. quia hoc sacramẽtum nõ est tante necessitatis. quãte est baptismus ⁊ tales sunt omnino precisi a corpore xpi hoc ergo tene: licet aliqui contrariũ opinentur.

¶ Interroga etiã si reuelauit confessionẽ: vel aliꝰ quod accepit sub sigillo confessionis. Quia mortaliter peccauit: vel si fuit interpres inter confitentẽ et cõfessorẽ si reuelauit que audiuit illo modo peccauit mortaliter qꝛ ita tenetur celare sicut ꝓfessor. De ꝓfessione ergo ista cum illis que in principio diximus sufficiant. De alia ꝫo parte penitẽtie. i. de satisfactione dicemus in vltima parte libri.

De sacramento altaris vel Eucha.

EL sacramento Eucharistie: interroga si postꝫ peruenit ad annos discretionis. Quia vt dictum est supra incipiunt ad

cimo vel vndecimo secundū sanctum Thomā. non quolibet anno communionem accepit in paschate.
¶ Similiter si cū consciētia peccati mortalis accessit ad eā. ¶ Si non ieiunus ita ꝙ a media nocte vel citra nullū cibum: nullumq; potum sumpserit: nec paruum nec magnū. ¶ Si non ꝯfess⁹ de oībus mortalibus etiā si fuisset contritus peccauit mortalr.
¶ Similiter si in nocte p̄cedēti quis fuit pollutus pollutione cui dederat causam per peccatū mortale: vt cogitando deliberate turpia: vt supflue comedendo taliter ꝙ peccauit mortaliter. Cōmuniter tenetur ꝙ peccauit mortaliter si hoc modo accedit ad cōmunionē. Si sine licentia proprij sacerdotis: vel superioris eius ab alio sacerdote Eucharistiā sumpsit sciens hoc esse prohibitū: videtur peccare mortaliter tam ip̄e q̄ sacerdos maxime est si religiosus Quia sic est etiā excōicatus. vt superius dictum est.
¶ Si de corpe xp̄i fecit experimēta: vel fieri fecit. Qr non lz de eo facere nisi illud ad quod institutū ē a deo: in omnibus his casibus peccauit mortaliter qui ita deliquit.

¶ De extrema vnctione.

